Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Gala

a pre/tacq et nos cu essemus parvuli sub elementis mundi huius
eramus seruientes Et ubi venit plenitudo temporis miste deus
filium suum natum ex muliere factum sub lege ut eos qui sub lege erant
redimeret ut adoptionem filiorum dei reciperemus Quia autem estis filii
dei misit deus spiritum filii sui in corda vestra clamantem Abba pater Itaq;
iam non est seruus sed filius Et si filius et heres per deum Et tunc
igitur ignorantes deum seruiebatis natura non sunt dii seruiebatis Nunc
autem cum cognouistis deum imo cognoscimini ab eo quomodo conuertimini
ad infirma et egena elementa quibus denuo seruire multis diebus
obseruatis et menses et tempora et annos Timeo autem ne forte sicut
laborauerim in uobis Estote sicut ego quia et ego sicut et uos
fratres obsecro uos nichil me lesistis Scitis autem quia per infirmitatem carnis
euangelizauimus uobis in pridem et temptationem vestram in carne
mea non spreuistis nec respuistis sed sicut angelum dei excepistis
me sicut christum iesum, Vbi est ergo beatitudo vestra Testimonium
enim perhibeo uobis quia si fieri posset oculos uestros eruissetis et
dedissetis mihi Ergo inimicus uobis factus sum dicens uobis
Emulantur uos non bene sed excludere uos uolunt ut illos emuletur
Bonum autem emulamini in bono semper et non tantum cum sum apud uos
filioli mei quos iterum parturio donec formetur christus in uobis Volebam autem
esse apud uos modo et mutare vocem meam quia confundor
in uobis Dicite mihi qui sub lege uultis esse legem non legistis Scriptum
est enim Quia Abraham duos filios habuit Vnum de ancilla et
alium de libera Sed qui de ancilla secundum carnem natus est Qui autem de li-
bera per repromissionem quae sunt per allegoriam dicta Hae enim sunt
duo testamenta Vnum quidem in monte Syna in seruitutem generans
quod est agar Syna mons est in arabia quae conuenit ei quae nunc est
Ierusalem et seruit cum filiis suis Illa autem quae sursum est Ierusalem
Libera est quae est mater nostra Scriptum est enim letare sterilis quae non pa-
rit erumpe et clama quae non parturis quia multi filii deserte
magis quam eius quae habet virum Nos autem fratres secundum Isaac promis-
sionis filii sumus Sed quomodo is qui secundum carnem natus fuerat
persequebatur eum qui secundum spiritum sanctum et nunc Sed quid dicit scriptura
Eice ancillam et filium eius Non enim heres erit filius ancille cum